

nibus imperat, sic homo iis, qua sunt super terram, quamobrem mulier non dominatur predictis sed virum habet pro capite: sub viri potestate erit: Genes. 3. Unde recte D. Paulus ait solum virum imaginem & gloriam Dei. Solum vir dicitur habere imaginem Dei non vero mulier; quia homo habet regimen, & gubernationem in his omnibus, quae sunt super terram, sub cuius potestate mulier est constituta, ad imitationem Dei, qui habet dominium in universa, cuius imaginem ad umbrant illi, qui inter homines regiminis clavo imminet, ex quo fiat evidens in quanta reverentia, ac honore tales sunt colendi, ac venerandi cum Dei vices gerant in terra illiusque personam representent.

51. Veniunt ad Abraham tres angeli, quos cum vidisset tamquam unum alloquitur: Domine si inveni gratiam in oculis tuis ne transcas servum tuum. Genes. 18. num. 3; in quo Patres magna mysteria recognoscunt; veniunt duo ad Loth in Sodomis, cum quibus tamquam cum uno habet verba, dicens: Quaso, Domine mi, quia invenit servus tuus gratiam coram te, & mirificasti misericordiam tuam, Genes. 19 num. 18. Tres adstant Abrahamo, & tamquam cum uno differit, duo conveniunt ad Loth, & tamquam cum uno se habet, cur non cum tribus, vel duobus loquuntur: Eodem spiritu ducebantur Sancti Patriarchae, illos duos, vel tres, non ut viros, ut exterius apparebant, nec ut angelos, sed tamquam Dei ministros, & maxime dominantes eius potestate, ut Abrahamo largam beneficiorum benedictionem conferrent, & ut Sodomis debitas ignitas poenas inferrent. D. August. lib. 16. de Civitate, cap. 29. inquit: Abraham in tribus; & Loth in duobus viris Dominum agnoscebant, cui per singularem numerum loquebantur, cum eos homines esse arbitarentur; & paulo post subdit; & ita cum eis se agebant: Ut in eis esse Dominum dubitare non possent. Quamvis exterius homines viderentur, tamen cum in eis magnam recognoscerent maiestatem, inde ut in eis esse Dominum dubitare non possent, ex quo apud se statuerunt non cum hominibus, sed cum deo esse negotium, ac proinde tanto cultu, ac veneratione eos prosequuntur; cunctis praebentes exemplum de multa reverentia suis maioribus impendenda: brisum potius cogitantes, quam ipsum, qui posuit eum super capita vestra.

Gen. 18. Gen. 19. D. Aug.

QUAESTIO VIII.

Quare Angelus non explicat Cornelio quid ab eo sit faciendum?

52. Angelus Cornelio ait: Accersi Simonem quemdam, qui cognominatur Petrus, hic dicit tibi quid te oporteat facere: Cur Angelus non exponit quid ei faciendum sit à Petro, ut magis prompto, ac disposto animo peragret ad faciendum ea, quae ei à Petro fuerint ordinata.

53. Ad quaestionem respondet primo D. Isidorus Pelusiot. 1. 3. epist. 165. Angeli ex prae-dicatione securitate tamquam voluptatem capiebant, ut is etiam qui ad Cornelium missus fuerat magisterium indicaret, non autem sibi ipsi docendi munus permisisset. Et si Angeli maxime delectentur, dum cum hominibus agunt in his, quae pertinent ad eorum salutem, tamen Angelus intra sphaeram sui muneris commissi, & ultra non transgreditur: Destinatus fuit Angelus non ut Cornelium doceret, sed ut illi admoneret, ut Petrum ad se adduceret, hoc Angelus praestat, & extra metas sui officii non transcurrit: Ut qui ad Cornelium missus fuerat, magisterium

Bonus minister persistit in munere sibi commisso.

indicaret, non autem sibi ipsi docendi munus permisisset.

Ex mandato Dei eligit Moyses Septuaginta viros quos Deo obtulit, ut essent gubernatores, ac Rectores populi, & subdit Textus Numer. 11. n. 25. Descendit Dominus per nubem, & loquutus est ad eum, auferens de spiritu, qui erat in Moyses, & dedit Septuaginta viris, cumque requiesceret in eis spiritus prophetarum. Ecce isti electi in limine sui officii prophetarum, ut videretur, ac ab omnibus cognoscerentur repleti Divino Spiritu, dicuntur prophetas, & numquam amplius in toto divino textu, ut optime notavit theodoretus quaestione 20. in Numer. ubi sic ait: Quamobrem septuaginta statim, ut profecti sunt, prophetabant, postea vero minime; non vaticinandi, sed gubernandi causa proponebantur. Deus vult, ut sui ministri sint in multa reverentia apud omnes, unde isti statim prophetico spiritu irradiant, postea vero praedicandi futura spiritus non relucet in eis, quia non ad vaticinandum, sed ad clavum populi regendum sunt vocati, & fixo clavo suo in munere persistunt, & extra vacari non audent: quia non vaticinandi, sed gubernandi causa proponebantur. Vide supra c. 1. q. 26. n. 169. 170. 171. multisque aliis in locis.

Secundo, Cornelio dicitur de Petro: Hic dicit tibi quid te oporteat facere non exprimitur, nec declaratur ei quid ab eo sit faciendum, sic & Paulo à Christo domino dictum est: Ingredere civitatem, & ibi dicitur tibi quid te oporteat facere. Act. 9. n. 7. Ut in utroque ostendatur perfecta, & summa obedientia, quae nil interrogat, sed ad omnia prompta, & expedita est, quod maxime resplendet in Samuel, qui ter vocatus à domino, existimans se ab aeternis sciscitari concurret ad ipsum Sacerdotem & dixit: Ecce ego vocasti enim me 1. Reg. 3. n. 5. obiter nota, cum existimat se vocari à Sacerdote dicitur: Cucurrit ad Hei, & postea: Abiit, & dormivit. Ad obedientiam cucurrit, ad lectulum, & requiem lento gradu retendit.

In rem nostram ait Samuel: Ecce ego, vocasti enim me ait ad quid me vocasti? Cur ter me ex-citas, sed tantum ait, Ecce ego, nil quaerit, nec inquirat, sed animum suum promptum, & ad omnia expeditum offert: Loquere Domine, quia audit servus tuus non discutit, nec interrogat ad quid vocetur, nec dicit, quid à me quaeris, qui toties me vocasti, sed postulat domini vocem, & imperium, ut illud sine mora adimpleat Ibi D. Gregor. magnus ait: Vocavit Deus puerum, sed causam vocationis tacuit, ut electus puer qua humilitate obedientia esset, sublimius ostenderet, & post pauca subdit, Nescis enim iudicare quisque perfecte didicerit obedire, hoc tantum bonum putat, si praeceptis obediat.

Perfectum obedientem describens Regius Vates ait Psalm. 14. num. 45. In auditu auris obedi vi te. Ecce perfectus obediens, ubi vox mandantis in sonuit, nil cunctatur, dubitat, nil aut quaerit, sed statim manus mittit ad opus, ac exequitur, & perficit quod sibi fuerat mandatum D. Laurentius Justinianus lib. de ligno vitae cap. 2. ait: Sunt namque multi qui post praecipientis imperium, plures faciunt quaestiones, & saepe ingeminant unde hoc venerit: quis hoc dederit consilium? propter quod oritur murmuratio, excusatio, simulatio impossibilitatis, advocatio amicorum, contra quos per Prophetam loquitur Dominus, In auditu auris obedi vi tibi, ut ostenderet uno eodemque momento obedientem simplicem, & audisse praecipientis imperium, & obsequium perfecisse, in auditu auris obedi vi tibi.

Act. 101

Act. 10. num. 9. Postera autem die iter facientibus, & appropinquantibus civitati, ascendit Petrus ad superiora, ut oraret circa horam sextam;

Num. 10. Et cum esuriret voluit gustare, parantibus autem illis cecidit super eum mentis excessus.

Num. 11. Et vidit Caelum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis submitti de Caelo in terram.

Num. 12. In quo erant omnia quadrupedia, serpentina terrae, & volatilia Coeli.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE III.

58. Syriac. Vers. 9. Postera autem die iter illis facientibus Syriac. Cum illi pergerent in via, non eadem die, qua Angelus apparuit Cornelio, sed sequenti die nuntii missi sunt à Cornelio ad Petrum ut apte, & prompte se prepararent ad iter, & cum illi deambularent in via ut haber Arabicus, & iam appropinquarent ad locum, in quo erat Apostolus, tum alta Dei dispositione. Ascendit Petrus ad superiorem partem domus, ut ibi quietius, & convenientius oraret.

59. Aethiop. Hora sexta, Aethiopic. tempore hora sexta, meridie nempe ad pran-tium, & cibum valde communis, ante quem divi Petri exemplo praemittenda est oratio iuxta apostol. 1. Timoth. 4. n. 3. & 4. ut prius anima reficiatur cibo spirituali, quam corpus materiali.

60. Arab. Glosa. D. Ambros. Beda. Carthul. Vers. 10. Et cum esuriret voluit gustare. Arabicus Oportet comedere. De cibo corporali exponunt graves Doctores, tamen D. Ambros. serm. 10. glosa Beda, Carthusian. de fame spirituali; de utraque expono de corporali, quae solet hora meridiana obvenire & spirituali in illa corporali significata; nam Petrus, ut praclare ait D. Ambros. citatus: Oavit fervida oratione pro hominum salute, & videns obstinatum perfidiam Judaeorum, esurivit gentium salutem, quam Deus ei manifestavit sequenti visione.

61. Magna sobrietas D. Petri. D. Aug. Voluit gustare. Nota magnam sobrietatem Petri, non ventrem implere, nec saturari, sed labiis attingere quantum sat erat pro conditione humanae naturae, unde recte ait D. August. lib. 10. Confess. c. 31. Quemadmodum medicamentum, sic alimentum sumat.

62. Arab. Goth. Aethiop. Cecidit super eum mentis excessus. Arabicus: Cecidit in eum excessus. Goth. Irruit in eum stupor. Aethiopic. Venit super eum defectus mentis; id est raptus est in extasim. Vox illa cecidit denotat raptum, seu extasim non fuisse naturalem, ut solet obvenire ex magna tristitia vel ex amore, seu re inopinata, sed divinitus immissa, ut mens Petri à terrenis, & sensibilibus abducta ad percipienda spiritualia, ac Coelestia excitaretur.

63. Syriac. Vers. 11. Et vidit Caelum apertum. Syriacus: Suscepit Caelos aperto, non oculo corporeo, ac mente, sed visione imaginaria, & descendens vas quoddam. Arabicus: Vas ad se delabens. D. August. Discus quidam. Aliqui legunt Vas linteum. textus velut linteum magnum. Aethiopic. Vas sibile, ut linteum magnum. Syriac. Eratque simile linteum magno. D. Cyrillus Alexandr. Velut Sudarium magnum. Aliqui ex greco linteum pannum. Vidit ergo quoddam magni receptaculum tamquam vas ex linteiformatum, inferius

rius concavum & superne apertum.

Quatuor initiis submitti de Caelo in terram. Arabicus: Quatuor extremitatibus suballigatum, & suspensum super terram. Per quatuor extremos angulos obligatum, ac tamquam apprehensum tenebatur ex Caelo.

Vers. 12. In quo erant omnia quadrupedia. Syriac. In eo erat omne genus animantium quadrupedum. D. Chrysol. Omnia quadrupedia bestia terra. D. Ephiphani. Reptilia. Sensus visionis est Caelum, quod erat clausum, gentibus, per clavigerum Petrum erat eis aperiendum, & gentes, quae ob sua peccata erant à Petro in Ecclesiam significatam per linteum purum, & mundum.

QUAESTIO IX.

Quare Divus Petrus ad orandum ascendit superiora.

Ascendit Petrus superiora, alii legunt Confecerunt ad rectum, seu superiorem partem domus, more regionis Palaestinae recta sunt plana, & directae, in quibus licebat deambulare sedere, dormire ac orare.

Primo ascendit Petrus ad superiora, ut dimissis terrenis tota mente in Deum elevaretur, solumque Deum contempleretur ac meditaretur, Noster D. Cyrill. Alexandr. lib. 7. in Levitic. ait: Nec enim tantum Apostoli consilium ex superius superiora elegerunt quod Petrus, qui mortuus erat cum Christo quae sursum sunt quarebat, ubi Christus est in dextera Dei, & non quae super terram, illuc ascendebat ad illa recta, de quibus dicit qui in recto est, non descendat tollere aliquid de domo sua. Qui se Deo consecrat, ac dicat, nil aliud debet intendere, ac quaerere, nisi Deum.

Plena Sapiencia Sancta illa Anima dicebat: Egredimini filia Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, Cantic. 3. n. 11. Sine dubio in die in qua tam potentissimus princeps Salomon coronabatur, insuperque dies desponsationis illius erat sane occasio valde festiva cum apparatus illius domus esset amplissimus; procul dubio multa spectacula erant videnda, multae machinae se se oculis obijciendae erant, magnus vestium ornatus prodiret in medium, tamen anima sancta suas sodales ad nihil eorum invitavit, nisi ad Regem Salomonem videndum; qui enim Deo adharet ipsum solum contempletur, ipsum solum quaerit, mentemque suam à ceteris, quae contemnit, ac pro nihilo habet, sequestrat separat, atque avertit. Tres patres apud Theodoret. ibi: His sponsa est allo-uta ad discipulas, diligens id quod demonstrari non potest, & humanam gloriam fugiens cupiensque, ut sponsum suum tantummodo omnes admittentur. Expende ultima verba.

Secundo veniat nunc iterum D. Cyrillus supra modo datus: Petrus quae sursum sunt quarebat, non quae super terram, &c. qui Spiritu Dei aguntur semper terrenis contemptis superna, & altiora quaerunt, ac petunt.

maxima expansione dignum, quod fidei, & Ecclesiae januam posuit deus in aquis baptismi, Recole In primo rerum molimine dixit deus: Producant aquae volatile super terram. Genes. 1. numero 20. ex aquis deus creat aves, cur non potius

Y ruis



Dei Dei spiritus regnum perpetua sumit.

D. Zeno.

tius ex aere, vel alia materia formantur; Omnia in figura contingebant illis. Aves corporales, quae super terram ad alta volant ex aquis creantur, quia ex aquis regenerandae erant aves spirituales, quae toto pectore, ac actu relictis temporalibus ad superiora convolant, ad hoc tendit D. Zeno serm. 10. de Judaeis, ubi sic ait: Generalis unda submergit, ut Coelestes effecti terram desiderare non norint, ex aqua regenerati in gratia submerguntur, ut submergant terrenos affectus, & inde praepetes ad caelestia volant.

QUESTIO X.

Quare Divus Petrus ad orandum potius eligit horam sextam, quam quamlibet aliam?

71. Eligat petrus horam sextam ad orationem primo quia in tali hora creatus est homo, Christus, Cruci affixus, & in Coelum ascendit, ut pro nobis exoraret ad Patrem, ac proinde hora valde apta ad orationem gratulatoriam pro tantis beneficiis acceptis, deinde, ut jam dixi in expositione hora sexta, hora meridiana apta ad cibum, & prandium.

72. Secundo orat Petrus hora sexta ante prandium, nam dicitur statim parantibus illis, scilicet mensam cum descenderet ab oratione, oravit ergo Petrus jejuniis, ut optime notavit Tertullianus lib. de jejuniis cap. 10. & inquit Atqui facilius invenias Petrum hora sexta cibi capiendi causa ad orandum ascendisse. Jejunium multas vires orationi ministrat, ut ait D. Chrysostr. homil. 15. in Matthaeum, ubi sic habet. Jejunium adjutorium est orationis, quia oratio sine jejunio, ingratiis est, & infirma.

73. Tertio hora sexta, meridiana nempe, quando a Daemonio meridiano maxime urget tentationum tempestas; Hinc maximam a Deo exoptat protectionem Regius Vates cum ait Psalm. 90. num. 6. A Demonio meridiano; quia, ut ibi notat Lyranus, tunc fit prandium; & comestio, ex quibus immoderatis multa mala nascuntur. Hinc anima sancta suum sponsum rogat: Indica mihi, ubi pascas ubi cubes in meridie Cantic. 1. numero sexto, meridiano tempore tentationum Anima Sancta per meditationem, ac contemplationem Christum quaerit, ut cum eo reficiatur, ac quiescat cum electis ejus Cassiodorus, & beda ibi: Christus, qui pascit oves suas inter eas cubat, in meridie, qui corda fidelium suorum ne fervore tentationum intus ardeant, memoria superna suavitatis reficit, & in eis ipse propitius manere consuevit.

74. Hora sexta meridiana tentationum nempe Petrus, ut magnus Ecclesiae Pontifex, ac Pastor tali hora tempore orat maxime pro suis ovibus, videntique obduratam, obstinatamque Judaicam perfidiam, maxime pro gentium conversione exorat; ut subsequens visio ostendit, ut jam dixi, & infra explicabo.

75. Ostendit Dominus Zachariae Prophetae cap. 3. numero tertio: Iesum Sacerdotem magnam stantem coram Angelo Dei, & Satan stabat a dextris ejus, Iesus autem erat indutus vestibus sordidis. Pro vestibus sordidis Cilicinis multi explicant, ut docet modo Sacerdos apparet indutus cilicio, sed stat coram Angelo, & a dextris suis habet Satan, & nullo alio in loco tam austero, & penitentiali habitu

Cantic. 1. Maxime orandum tentationis tempore. Cassiod. Beda.

Zachar.

apparet, ut modo, cur modo tanta poenitentia? Vidit ille magnus Sacerdos, quod adversarius Satan accusans populum coram Deo, cujus personam gerebat Angelus, ut ne debita poenitentia ultio in populum infligeretur, inde magnus ille Pontifex se induit cilicio ipsa populi peccata in se assumens ut pro illis satisfaciatur, iramque Dei ab eis divertat. Theod. Theodoretus ibi ait: Ego existimo eum nempe magnam Sacerdotem sibi populi iniquitatem vendicasse, & attribuisse, vel una cum ipsis peccasse, preces adhibuisse, & tanquam suorum veniam delictorum populi suscepisse: magnus Praelatus populi peccata in se suscepit, pro eisque egit poenitentiam, ut veniam impetraret.

Cum ob numeratum populum Israel a Davide Deus misisset pestilentiam in ipsum populum, ex quo multa millia hominum obierunt, ob quam causam: Ceciderunt tam ipse David, quam majores natu vestiti ciliciis super terram... populus autem tuus non percussus. 1. Paralip. cap. 21. num. 16. & 17. Cum Dominus furore concepto exanderet in populum, saeviret strage in civitate patrata; ne Divinus Judex ultra grassaretur, David cum Senatu suo ab abjecta magnifica veste, composito, ac delizioso ornato contempto cilicio induit misericordiam, ac indulgentiam deprecarentur. Abulens. quaestione 64. ait: Ex tunc David indutus est cilicio, & alii seniores Jerusalem, qui cum eo erant, ut Deus misereretur eis, & alleviaret poenam.

Et quamvis a populo habeant aliquam offensam, non propter hoc debent desistere orare pro eis, in Praesenti audiendus est Divus Gregorius homilia 15, in Ezechiel. & ait. Cupimus animam in benignitate dilatare: Samuel in cogitationem deducatur, qui de principatu dejectus a populo, cum idem populus peteret, ut pro eo Domino preces effunderet, respondit dicens: Abiit a me hoc peccatum, ut celsam orare pro vobis, culpam quippe vir sanctus perpetrare se credidit, si eis, quos adversarius pertulerat usque ad ejectionem, benignitatem gratia non reddidisset in pace.

QUESTIO XI.

Quare hora sexta Christus sitit, Petrus vero esurit?

78. Cum meus Jesus penderet in Cruce hora sexta dixit sitiis Jona. 19. num. 29. nunc vero Petrus eadem hora esurit? Cur non sibi cohererent Magister, & discipulus, ut in eadem hora sit sitis, & fames, sed magister sitim patitur, & discipulus famem sustinet? Perbelle notat D. Chrysostr. ad e. 27. Matth. num. 45. ubi ait: Vide quomodo spiritus connellit tempora, & a quo citius, & neque tardius facit hoc.

Pro explicatione quaestiois supponendum est, quod illa sitis Christi non erat de aqua materiali, sed de salute animarum, ut exprimit D. Drogo Hofstensis tract. 7. de verbis Domini ubi sic ait: Domine quid sitis? Ergo nec plus cruciat sitis, quam Crux: De Cruce sitis de siti clamas? Sitiis, quid? vestram fidem, vestram salutem, vestrum gaudium, plus animarum vestrarum quam corporis mei cruciatu me tenet, sic & alii multi Patres, quos suo loco adduxi. Sic & fames D. Petri de salute animarum erat, ut docet D. Ambr. serm. 10. & ait. Puto Petrum post orationem non cibum esurire humanum, sed salutem, non inedia vexatum corporis, sed inedia credentium laborare

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

rare, & hoc bene declaratur ex linteo animalium ei offenso, in quo denotatur conversio gentium ad fidem.

80. Ad quaestionem: Illa sitis, & fames in Christo erat exorta ex summa charitate salutis animarum, qui charitatis ardore perfectissima unione dividuntur inter Christum, & Petrum, ac veluti in salute animarum procuranda associantur Christus & Petrus, & illius generosi affectus inter se dividuntur, Christus Redemptor, & supremum caput sibi vendicat sitim, quae est fortior, ac vehementior fame, de quo late Mendoncia in Viridario lib. 4. probl. 25. Petrus vero, ut inferior, ac ejus Vicarius famem tanquam quid inferius.

81. Et si famescit Petrus, non tamen sitit, ut Christus, ne Christus existimetur, tot, & tanta mirabilia resplendebant in Petro, quod cum Centurio eum videret, ad ejus pedes provolutus prosternitur, cui dixit Petrus infra num. 26. Surge, & ego ipse homo sum, ne aliquid suspicaretur in eo supra humanam conditionem, ipse apertis verbis se demonstrat, quod sit homo, ne quis in eo dignoscendo, & judicando aberrer. D. Gregor. lib. 21. Moral. cap. 10. ait: Primus Pastor Ecclesiae, cum adorante se Cornelio super se sibi honorem videret oblatum, ad aequalitatem conditionis suae citius recurrit, dicens: Surge, & ego ipse homo sum.

82. Quaestores tributorum dicunt ad Sacros Apostolos: Magister vester non solvit didrachma. Tunc Christus Dominus ait Petro: Vade ad mare, & mitte haurium, & cum pisce, qui primus ascenderit, tolle, & apero ore ejus invenies staterem, illum sumens da eis pro me, & te. Matth. 17. nu. 26. In quo multa inquirenda veniunt; unde tantus honor Petro, ut cum sit parus homo, quodammodo cum Deo exaquetur, non dixit invenies duas monetas, unam pro me, alteram pro te, sed unam, eandemque pro me, & te solve, ut ita ostenderet suam summam unionem, & conjunctionem cum Petro. D. Chrysostr. homil. 59. in Matthaeum ait: Qui ad rem naturae incredibilem illico paravit, fidei retributionem confestim habuit; Christo in solutione tributi conjunctus.

83. Secundo quaestioarii illi solum dicebant: Magister vester non solvit didrachma, & de Petro nihil agebatur, ad quid ergo mandat Dominus etiam pro Petro solvere? Tanta est conjunctio Petri cum Christo, ut noluerit Christus in aliqua re intervenire absque eo, quod simul cum Petro non apparet: Christo in solutione tributi conjunctus.

84. Tertio si Dominus mandat pro se, & Petro; cur etiam non mandat pro aliis Apostolis? Quia Christus, & Petrus facit particularem numerum, & chorum separatim ab aliis, nec cum eis ceteri conveniunt, & in eis tanquam in capite omnes subintelliguntur. Divus Augustinus, quaestione 75. ex novo testamento respicit ad dignitatem Petri quod a modo consortem cum dignitate Christi, & sic ait: Salvator eum pro se, & Petro dari jubet, pro omnibus exsolvisse videtur; quia sicut in Salvatore erant omnes causa magisterii, ita & post Salvatorem, in Petro omnes continentur, ipsum enim constituit esse caput eorum, ut Pastor esset gregis Domini.

85. Videns Christus hunc nostrum Principem Apostolorum, dixit: Tu es Simon filius Jona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus Joan. 1. numero 42. ex omnibus Apostolis, quos Christus elegit, solum huic magno novum nomen imposuit, & non quodlibet nomen dedit, sed illud, quod erat proprium ipsius Christi; nam Petrus a petra

derivatur, Petra autem erat Christus: ait Apostolus.

1. Corinth. 10. numero quarto, quod ut explicant Divus Augustinus tractatu 7. in Joan. D. Cyrill. libro secundo cap. 12. Divus Chrysostr. Divus Hilarius, & alii multi Patres a me citati tom. 1. in Evangel. libro tertio, cap. 6. quaestione nona numero 56. ob eximium amorem erga Petrum, & quia cum ad supremum apicem Ecclesiae disponebat, & ideo nomen suum Petra ei communicat.

Tamen merito dubitabis, quando constituit Christus nostrum Apostolum suae Ecclesiae Pastorem non eum vocat Petrum, sed Simonem? dixit ei: Simon Joannes diligis me plus his? pasce agnos meos, pasce oves meas. Joan. 21. numero 15. Simon idem est, ac obediens, voluit Christus in omnibus sibi assimilari, ac conjungi petro: Christus, quia obediens, propter quod Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, & Petrus, quia Simon, & obediens, propter quod & Deus exaltavit illum in supremo suae Ecclesiae fastigio, super omnes Principes, sic Divus Thomas in praesenti, ut de obedientia ad principatum erigitur.

QUESTIO XII.

Quare linteum descendit de Caelo, & quid significet?

87. In hoc linteo magna documenta dantur omnibus praelatis, & ostenditur petro, ut in iplo tanquam in capite omnes informentur, & hoc ostendit D. Cyrill. in Leviticum cum ait: Ex quibus ceteris edocetur Petrus, quia eminentiorem in terris non habebat: ac proinde erat omnium caput ad significationem veniamus.

88. Prima interpretatio per hoc vas velut linteum, intelligit Corpus Christi. Ita Glossa Interlinealis, & ait: Vas Corpus Christi, quod est ut linteum, quoniam sine semine conceptum, candorem castitatis custodit, & quia mortuum, magnum vero propter veritatis consortium, & quia resurrexit. Tamen si illud linteum significat Corpus Christi purissimum & sanctissimum, quomodo in illo erant quadrupedia, & venosa serpentina terra? quia, ut ait Isaias 53. num. 4. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros portavit. Ipse peccata nostra in se suscepit, ut pro nobis satisfaceret; nosque inundaret, ideoque frequenter cum peccatoribus, ac publicanis manducabat, atque conversabatur, ut a se eos alliceret, & in justitia, & sanctitate erudiret. Luc. 5. numero 30. quod late explicat Divus Chrysostr. homil. 31. in Matth. ad caput, 9. ejus.

89. Nota tamen, quod non dicitur vas linteum, sed velut linteum. Syriacus: Simile linteo magno, quod egregie notavit Cassianus libro tertio de Institut. cap. 3. ubi inquit: Non ait linteum, sed quasi linteum; linteum quippe mortificationis indicium est. Quoniam igitur mors Domini a passionis non humanae naturae legi, sed propriae voluntatis tribuitur arbitrio, quasi linteum dicitur, mortuus enim secundum carnem, non secundum spiritum mortuus, quoniam non derelicta est anima ejus in inferno, nec caro ejus vidit corruptionem.

90. Secunda expositio est D. Ephrem serm. de S. Basilio to. 3. Gregor. lib. 33. Moral. c. 16. 20. qui interpretantur de praedicatione ac sermone Dei, quo quadrupedia, ac serpentes peccatorum convertantur ad poenitentiam, ac transfutantur in Christi

Officia charitatis inter Christum & Petrum divi dantur.

Act. 10. Petrus Deus reputaretur hominum pro populo suo. Orient. explicat.

Matth. 17. Petrus maximus Christo conjunctus.

D. Ang. Petrus & Christus in uno numero.

Joan. 1.

D. Ambrosius.

D. Drogo.

D. Ambrosius.

D. Ambrosius.

1. Cor. 10. Divus Augustinus tractatu 7. in Joan. D. Cyrill. libro secundo cap. 12. Divus Chrysostr. Divus Hilarius, & alii multi Patres a me citati tom. 1. in Evangel. libro tertio, cap. 6. quaestione nona numero 56. ob eximium amorem erga Petrum, & quia cum ad supremum apicem Ecclesiae disponebat, & ideo nomen suum Petra ei communicat.

Joan. 21. Petrus ex similitudine Christi ex obedientia promeruit exaltari.

In Petro informatur praelatus.

Glossa. Interlinealis. Christus in terra peccata in se portavit.

Luc. 5. D. Chrysostr.

Syrus. Cassian.

Multum differuntur Christi a nostra.

D. Ephrem. D. Gregor.

D. Ephrem.

D. Gregor.

D. Gregor.

D. Gregor.